Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

MARIENBIBLIOTHEK HALLE A/S.

Kern 86
(1-54; a-g)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

INDEX LABORVM

QVIBVS

PER SEMESTRE HIBERNVM cIↃ IↃ cc XXXX.

OCCVPABVNTVR

PROFESSORES IN ACADEMIA FRIDERICIANA

EXHIBITVS

A PRORECTORE

IOHANNE IVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange publice perget hora X. in Theologia dogmatica, eique privatim hora VIII. Theologiam moralem præmittet: hora vero tertia pomeridiana Apocalypſin ita interpretabitur, ut adpareat, eam exhibere clavem hermeneuticam in difficiliora Pſalmorum & Prophetarum loca.

D. GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS poſt epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes illam ad *Epheſios* exegetice interpretabitur. Perget etiam in *paraeneticis* & *aſceticis* lectionibus & *homiletica exercitia* denuo inchoabit.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS *publice* hora III. *Pſalmos Dauidis* ex Ebræo; *priuatim* vero hora IX. *Epiſtolas Apoſtolorum*, tum illam ad *Ebræos*, tum *catholicas*, vna cum *Apocalypſi* Ioannea, ex Græco codice, luminibus philologico exegeticis illuſtrabit.

D. SIGISM. IAC. Baumgarten *publice* interpretationem *Matthæi* & *Marci* aſceticam continuabit diebus ſolis h. IIII; & diebus lunae martisque h. XI. *praecepta* tradet *ſermonum ſacrorum* ita habendorum vt mandatis regiis ſatisfiat ſanctiorique auditorum emendationi conſulatur: *priuatis* ſcholis h. VIII. *theologiam dogmaticam* redordietur; hor. XI. *hiſtoriam chriſtianam* enarrabit; hor. IIII. *Theol. moralem* explicabit; atque praeterea *pericopas epiſtolicas* ſolemnes exegetico homiletice interpretabitur.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ *publice* H. II. *Controverſias cum Pontificiis*, præmiſſa ad illas Iſagoge, brevibus Aphoriſmis exhibitas tractatione antithetica excutiet. *Privatim* H. IX. *Epiſtolam Jacobi, & ep. ad Philipp.* methodo conſveta interpretabitur. H. V. *Prophetiam Hoſeæ*, analyſi perpetua exhibita, complemento vaticiniorum indicato, & emphaſi vocum declarata, explicabit. H. I. *Die Jovis controverſias cum Socinianis*, a B. Buddeo in compendio exhibitas diſputando ventilabit: *doctrinam vero de fide publicis diſpp.* declarare perget & *Aſceticam die ſolis* H. IV. continuabit.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice, hora IX. trium priorum hebdomadis dierum, *ſex poſteriores Prophetas minores* ex fonte Ebræo, modo philologico-exegetico expoſiturus eſt; iisque abſolutis, ad *Jobi* explanationem progredietur. Privatim perget in *Hiſtoria theologiæ litteraria*, methodum ſimul oſtendens diſciplinas theologicas percipiendi, excolendique; item in theologiæ *antijudaicæ* exercitamentis.

D. IO. GEORG. KNAPP. h. XI-XII. *Difficiliores ex hagiographis libros* ſuccincte interpretabitur, more adhuc conſueto. h. V. veſpertina *dicta probantia* ſecundum ordinem capitum doctrinae Chriſtianae explicabit, & qua ratione dogmata ſolide erui ex illis ac demonſtrari debeant, oſtendet. Die Iouis vero h. VI-VII. veſpertina cum ſelectis nonnullis auditoribus, *colloquium biblicum publice* inſtituet, priori epiſtola Pauli ad Timotheum colloquio illi tamquam materia ſubiecta.

IVRIDICAE.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG quantum ſpatii ſupererit vitæ meæ, erit autem, ſeptuagenario maiori, pauculum valde, illud agam ſerio, ne quid eius pereat otio aut officii neglectu. Praeſertim quod hoc temporum noſtrorum felicitati dandum ſit, patriam patriæ reſtitui fere in omni iurisprudentiae genere. Quae enim maiores noſtros fugerunt olim; illa nunc in noſtrum conſpectum prodeunt, tot innumeris integrae fidei documentis, editis in publicam lucem. Utimini, quoquot eſtis menti praediti, ad rem publicam curandam olim. Non ſcholae tantum vixi; ſed curiae; ut, quod docueram ibi, exercerem hic, in ambigui iuris arena. Utinam & exemplo meo vobis prodeſſem & doctrinis, congeſtis & dilutis tot annorum ſedulo & ſumptuoſo cultu. Hoc igitur ſemeſtri *hora XI.* IVS FEVDALE docebo, commune & Germaniae noſtrae peculiare ac proprium, idque tam in principati-

bus,

bus, quam landſaſſiatibus prouinciae nobilium; b. m. STRVVIO duce; ſed comite iuſtitia & veritate. Quo fine proderit vobis lectio nuperrime editi libelli *in feudis patriae ſingularium. Hor. III.* SECKENDORFFII libellum *Germaniae principis*, den teutſchen Fürſtenſtaat, explicabo; in gratiam eorum, qui proficere voluerint ad munera reipublicae, in quouis genere, feliciter & petite obeunda. Hor. IX. *pal atina* erit, quam impendere inſtituam *capitulationi Caeſareae* liberandæ ab opinionibus novitatum, cum moribus illa ſtet antiquis firmiſſimo talo. Futuro ſemeſtri *hiſtoriam Germaniae* docebo, ad explenda plurium deſideria.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. *iura eccleſiaſtica antiqua* per tria priora ſecula hora III. in ſcholis publicis tradet; priuatis curis vero alteram Digeſtorum partem horis conſuetis, & hora IX. matutina *inſtitutiones iuris Canonici* a ſe editas explicabit, nec iis deerit, qui in actis referendis manuductionem eius deſiderabunt.

IO. GOTTL. HEINECCIVS, IC. Semeſtri hoc hiberno eo, quo ſolet, ſtudio laboribus ordinariis totus vacaturus, hora ſolita antemeridiana X. & pomeridiana II. PANDECTAS; hora XI. INSTITVTIONES interpretabitur, nihilque faciet reliqui, vt & doctrinarum perſpicuitate, & argumentorum ſoliditate, & iucunditate exemplorum ſatisfaciat auditoribus, nihilque eorum, quæ in foro aliquando in vſu habituri ſint, prætermiſiſſe videatur.

SIMON PETR. GASSER ICt. *publice* hora XI. ad *Carolinam Conſtit. Crim.* commentabitur, *privatim* hora X. & II. pom. ad *Pandectas Ludouicianas* & hora III. ad *ſuas Poſitiones practicas* in collegio *practico-elaboratorio*, ad quod hos inuitat ſolos, qui, ſolis formulis non contenti, ſolidam proceſſus theoriam ſimul addiſcere cupiunt. Initium collegiorum erit finitis nundinis Lipſienſibus. d. 17. Octobr.

D. IAC. GABR. WOLF *publice*, hora VIII. STRVVII *iurisprudentiam Romano-Germanicam forenſem*; præterea *priuatim* hora IX. ſuas *inſtitutiones iurisprudentiæ naturalis ac gentium*, regulam iuſti ac virtutis excellentioris diſtinctius explicantes atque vbique applicantes; poſt hæc hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* denique hora III. *elementa ſua iuris feudorum, tum provincialium, tum Imperialium*, quæ hoc ſemeſtri paulatim in lucem prodibunt publicam, omni fide atque induſtria, comite vbique veritate ac iuſtitia, interpretabitur. Nouarum doctrinarum *initium*, finitis nundinis Lipſienſibus, A. S. N. facturus.

D. CAR. GOTTLIEB KNORRE *Inſtitutiones* Iuſtinianeas, *Pandectas* Ludouicianas & STRVVII *Iurisprudentiam forenſem* interpretabitur. Rogatus etiam aperiet *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum der Einleitung zum Gerichtl. Proceß ſimulque principia *artis relatoriæ* tradet. De horis mature e valuis publicis Dominos Auditores monebit.

D. IO. GERARDVS SCHLITTE ea, qua par eſt, fide ac induſtria in Inſtitutiones *Iuſtinianeas*, Struvii *Jurisprudent. forenſem*, & B. Ludouici *Doctrinam Pandectarum* commentabitur, additurus ad inſtantiam quorundam DNN. Auditorum Collegium *examinatorium* ad Pandectas. De horis hiſce Collegiis deſtinandis e valuis publicis DNN. Auditores admonebit, initium facturus finitis nundinis Lipſienſibus.

D. IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER explicabit hora VIII. *Elementa* ſua *iurisprudentiæ criminalis* hora IX. principia *Iuris Naturæ*, duce *Puffendorffio de officio hominis ac ciuis*. hora X. iuncta IIda Dni *parentis Pandectas* hora III. *Struvii iuris prudentiam feudalem.* Neque deerit iis, qui *collegium examinatorium ad Pandectas* hora VI. veſpertina expetierunt.

MARTINVS SCHMEIZEL *publicas* operas, infra ſuo loco intimabit; *Priuatim* ſelecta ingeniain doctrinis de *Capitulationibus Cæſareis* inſtruet; iisque peculiari hora *Bibliothecam Scriptorum Iuris Publ.* adperiet; Ipſum vero *Ius Publicum*, *Maſconio* præeunte, denuo auſpicabitur, horis in tempore & loco deſignandis.

IOHANN EHRENFRIED ZSCHACKWIZ hoc ſemeſtri Hor. VIII. duce *Struvio* Hiſtoriam *Imperialem*, & quidem ex ipſiſſimis genuinis fontibus, demonſtrabit, authenticam etiam eius *Praxin* quoad *Ius Publicum* exhibiturus eſt. Adiungam Introductionem meam quæ ſub Titulo: Grundlegung zu einer vollſtändigen Reichs-Hiſtorie proſtat. Quibus vero hæc Hora minus commoda, eos Hor. XI. expectat. Hor. IX. ex SECKENDORFII Fürſten=Staat genuina Principia totius *Politices*, cum primis *Cameralis* exhibebit, enucleabit quoque duce eodem authore *Jus Feudale.* Hor. X. ex ſua *Introductione Heraldicam*, ſecundum huius diſciplinæ authentica Principia exhibebit, ea methodo, vt cuiuslibet familiæ illuſtris origo, & eius *Prætenſiones* dilucidentur. Hor. III. præeunte *Maſcovio* veram originem noſtri *Juris Publici*, authenticamque eius *Praxin* ex Hiſtoria & actis publicis demonſtrabit. Hor. IV. prolucente *Puſendorſio Hiſtoriam Vniuerſalem* totius mundi explicabit, ea ſcilicet methodo, vt & regna emortua & quæ adhuc florent, cum primis quæ author inuiſit, ſat genuine exhibita appareant.

D. IO. TOBIAS CARRACH *publice* recitabit *Ius Canonicum* ad ILL. DN. BOEHMERI *Inſtitutiones. Privatim* tradet *Ius Naturæ & Gentium* duce PVFENDORFIO *de Officio Homin. & Ciuis.* Ad *Inſtitutiones Iuſtinianeas* exponet *Differentias* Iuris Rom. & Germanici: *eademque methodo* continuabit *interpretationem Digeſtorum Illuſtr. Dn. Bœhmeri.* Addet quoque *collegium proceſſuale elaboratorium*, cui qui intereſſe velint ante eius initium nomina ſua dent, humaniſſime rogantur. Horas & initium ex valuis publicis indicabit.

MEDI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

MEDICAE.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiæ Senior. Creſcit, creſcente ſenio, dulcis muſarum amor, & iucundiſſimum alios erudiendi ſtudium; nec decreſcet facile vnquam, quo mihi vsque ſummus omnium moderator Deus vitam viresque ſuppeditabit. Quamobrem etiam committere nullomodo poſſum, vt reliquam vitæ particulam ſine laboribus otioſus tranſigam; ſed omni potius diligentia eo enitar, vt per hoc, quod inſtat, ſemeſtre hibernum prouectoribus medicinæ ſtudioſis caſus medicos ab exteris mihi transmiſſos, quatuor per hebdomadam diebus, omni fide explicem, morborumque cauſis probe examinatis, rectam medendi methodum tradam, quam olim in ipſis perite tollendis adhibere debent.

MICHAEL ALBERTI Prælectionibus *publicis* porro, uti hactenus conſtanter præſtitit, affectus fortuitos & tragicos explicabit. *Privatis* laboribus Phyſiologiam & Pathologiam conſuetis horis, ut & Praxin univerſalem continuabit, Semioticam Practicam ad finem perducet. Petitis nonnullorum ſasisfaciens hora p. m. II. Collegium *Dogmatico-Experimentale Chymicum* & diebus Merc. a X ad XI. & II. ad III. *Jurisprudentiam Medicam* aperiet & tractabit.

I. IVNCKER publicas lectiones ad ductum Conſpectus ſui chirurgici continuabit, & quidem diebus martis ac veneris hora ſecunda poſt meridiem. Privatim hora decima medicinæ fundamenta phyſiologico-pathologica docebit, hora vndecima therapiam, primum generalem, deinde ſpecialem, tractabit. Privatiſſime provectiores in praxi clinica exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE abſolutis, quæ de phyſiologica doctrina ſuperſunt, capitibus, deinde *pathologiam generalem* continuo ſubiunget. Seorſim tradet *pathologiam ſpecialem* cum *ſemiologia & praxi*, cui labori binas quotidie horas impendet. Etiam *materiam medicam* explicabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS P. P. O. In publicis laboribus omne ſtudium omnemque diligentiam eo conferam, vt collegium de anatomiæ in vniuerſa medicina vſu rectaque applicatione ad finem perducam. Inter priuatos autem parietes res ad materiam medicam hiſtoriamque naturalem pertinentes per ſolida ratiocinia & varia hoc fine inſtituta experimenta dilucide non ſolum explicabo; verum etiam notatu digniora ex inſtructiſſimo rerum naturalium apparatu, quem honoratiſſimus parens meus poſſidet, coram oſtendam, vt ſciendi cupidi pleniorem inde cognitionem cuiuscunque naturæ regni nanciſcantur.

PHILOSOPHICAE.

IO. GOTTL. HEINECCIVS, re ipſa atque vſu edoctus, quantum vtilitatis auditoribus ſuis superiore aeſtate attulerit inſtitutum, optimorum omnis aeui, omnisque generis librorum, quorum aliquis in iurisprudentiae ſtudio ſit vſus, notitiam communicandi: gratum ſe facturum arbitratur, earum deliciarum cupidis, ſi iſtas acroaſes publicas, ea, qua adhuc conſueuit, hora antemeridiana perſequatur, maxime quum ad partem ſpecialem delatis non defutura nobis ſit diſſerendi de rebus præſtantiſſimis occaſio.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora XI. in gratiam illorum, qui in orientali philologia altius prouehi cupiunt, ſcholas aperiet *Arabicas*, in quibus, poſt tradita duce Cl. *Clodio* eius linguæ præcepta grammatica, Coranum præleget. Curſorias lectiones in domeſtico auditorio ſuo haberi curabit, *Ebraicas* quidem hora II. in libros V. T. hiſtoricos, *Græcas* vero hora V. in Acta vsque ad finem ſacri codicis, *Chaldaicasque* hora VI. in Danielem & Esdram, cum epimetro *Syriacarum* in N. T. vt & Fundamentales Ebraicas, cum doctrina de Accentibus, hora X.

MICHAEL ALBERTI præterito Semeſtri *publicis* diſcurſibus continuo tramite doctrinam de Natura tractavit: nunc autem b. c. D. proſequetur conſiderationem Phyſicam de Elementis horumque qualitatibus.

IOANNES IOACHIMVS Lange, Math. P. P. O. *publice* h. 2-3. Matheſin puram, h. e. *Matheſin vniuerſalem, Arithmeticam, Geometriam*, atque *Trigonometriam* docebit: *priuatim* autem Matheſin applicatam integram h. 4-5. *Mechanicas* nempe, *Opticas*, atque *Aſtronomicas* diſciplinas cum *Architectura ciuili & militari* abſoluet. *Algebram* h. 5. enodabit. *Trigonometriæ Sphæricæ & calculo Aſtronomico* tempus ex ſententia auditorum deſtinandum, ſignificabit. *Phyſicam dogmatico-experimentalem* ad ductum Elementorum philoſophiæ naturalis a ſe editorum explicabit, & dogmata experimentis illuſtrabit atque confirmabit. h. 1-2. Peculiarem quoque operam impendet die Sabbati horis pomeridianis in explicanda *hiſtoria naturali ſpecialiſſima* ad ductum tabularum, quas Cel. LINNAEVS, titulo *Syſtema naturæ*, ſiue *tria regna naturæ ſyſtematice propoſita* per *Claſſes, Ordines, Genera & Species*, edidit, & quæ cum Germanica verſione hoc anno hic loci impreſſæ in bibliopolio orphanotrophei proſtant. Quod eo felicius ſuccedet, quoniam maximam partem eorum, quæ ad res naturales mineralium, vegetabilium & animalium pertinent, ex proprio muſeo depromere & oculis exponere poteſt.

MARTINVS SCHMEIZEL *publicos* labores diligenter continuabit & ad Colophonem ducet; *Priuatis* occupabitur in tradenda *Hiſtoria Orbis Vniuerſali, Germaniæ particulari, & Specialiſſima Brandenburgo-Pomeranica*, diuerſis horis illuſtranda; Inſuper etiam propinabit *Notitiam Statuum Europæ* ad ductum libri ſui typis expreſſi; Tres quoque horas hebdomatim, *Heraldicæ amoenitatibus* deguſtandis, impendet. Initium & horæ, loco conſveto intimabuntur.

D. IO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14
DFG

D. IO. HENR. SCHVLZE publice explicabit *antiquitates Græcas*, ad ductum libelli perbreuis, ſub titulo *antiquitatum Græcarum*, *præcipue Atticarum*, *deſcriptio breuis*, *Haſniæ* 1721. editi, quem recudendum curabit. Si erunt, qui ſtili cultioris præcepta & exercitia ſerio cupient, facilem ſe præbebit, ſiue priuatim plures inſtituendi fuerint, ſiue vnus & alter priuatisſimam eius operam deſiderauerit.

DANIEL STRAEHLER 1) *hora IX. mat.* ad *illuſtr.* WOLFFII *Metaphyſicam* idiomate vernaculo conſcriptam commentabitur; 2) *hora III. pom.* denuo *Arithmeticam*, *Geometriam* & *Trigonometriam* ad ductum *ejusdem Auctoris illuſtris* exponet; 3) hora V. *Logicam* ſuam iterum illuſtrabit; 4) offert *collegium Logico-elaboratorium*, in quo docebit modos definitiones & demonſtrationes elaborandi, elaboratas examinandi, & artem legitime controvertendi ſimul atque diſputandi. *Hora* denique *X. mat.* fundamenta *Algebræ publice* proponet. Initium harum Lectionum erit d. 17. Octobris.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG priuatim docebit a X-XI. *hiſtoriam vniuerſalem* Pufendorfio duce in introductione ad hiſtoriam Europæ regnorum & rerum publicarum: ab XI-XII. *hiſtoriam Germanici imperii*, **Reichs-Hiſtorie**, præeunte Struvio in introductione ad hiſtoriam imperialem: offert præterea *cultioris eloquentiæ inſtitutiones* in Illuſtris Heineccii fundamenta, nec non præſtantisſimorum omnis aevi *Philoſophiæ auctorum notitiam*: Publice *Hierarchiæ Papalis* effigiem exhibebit, ac Pufendorfii de Hierarchia Sedis Romanæ libellum illuſtrabit cura olim Thomaſii editum ſigillatim. Priuatas auspicabitur lectiones d. XVII. Octobris.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS *publice* hora XI-XII. alteram *Curſus philoſophici* partem *Ethicam* nempe, *Ius Naturæ* & *Politicam* tradet duce S. R. WALCHIO. *Priuatim* vero hora IX-X. *Logicam*, *Metaphyſicam* & *Phyſicam* itidem *curſorie* exponet; hora X-XI. Illuſtris noſtri *Heineccii* Elementa philoſophiæ *rationalis* & *moralis* coniunctim interpretabitur. hora III-IV. *Logicam* ſeparatim ad ductum Cl. BAVMEISTERI; hora IV-V. autem *Metaphyſicam* ſeorſim præleget ad ductum theſium ſuarum: **Anfangs-Gründe der philoſophiſchen Wiſſenſchafften überhaupt**. Initium harum prælectionum fiet finitis nundinis Lipſienſibus.

IO. HENR. CALLENBERG continuabit explicationem *Noui Teſtamenti Arabici*, quod typis exſcribendum curat; *Locosque Rabbinicos*, quibus nonnulla chriſtianæ religionis dogmata confirmantur, libellis certis comprehenſos, illuſtrabit, exercitatione idiomatis *Iudaicogermanici* ſubiuncta.

IO. EHRENFRIED. ZSCHACKWIZ Hor. I. diebus Lun. Mart. Jov. & Ven. Jus Militare, & quidem ex Introductione *Ludouiciana* explicabit, vt genuinus Conceptus de Rebus militaribus formari queat. Hor. II. ex *Heumanno Hiſtoriam Literariam* dilucidabit, vt ſcilicet genuina origo & ſtudiorum & etiam omnium ſcriptorum cuiuslibet ſcientiæ appareat. Hor. I. deſtinatis diebus *Lectiones publicas* continuabit. Initium harum Curarum fiet finitis nundinis Lipſienſibus.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice ad finem perductis infantum morbis, *mulierum pertractabit affectus* d. Merc. & Saturn. hor. X. Priuatim *Chirurgiam Pathologicam* præleget hor. III. & *Obſtetricandi artem* ad ductum Tractatus van Hoorens Siphra & Pua dicti hor. IX.

IO. FRID. CASSEBOHM *publice* continuabit in tradenda methodo ſecandi cadavera humana. *Priuatim* in cadaueribus humanis, ſingulas eorum partes præparabit & demonſtrabit.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, *Phil. Prof. Publ.* redintegrato haut ita pridem fidelitatis sacramento in Regem musis mansuetioribus indulgentissimum, redauspicabitur etiam ardore nouo nouos labores per instans semestre tractandos; et quidem I. *publice*, fundamenta styli germanici, duce *Beni. Neukirchio*; II. *priuatim* Logicam *Wolfianam*, praeeunte *Baumeistero*; III. Oratoriam, comite *Gottschedio*; IIII. epistolographiam germanicam, secundum fundamenta *Io. Georg. Neukirchii*; V. Phaedri fabulas Aesopias. Praeterea inchoabit VI. collegium elegantioris litteraturae; & VII. exercitia oratoria, more hactenus consueto continuabit; reliquum tempus *priuatissime* sacrabit commodis Dominorum studiosorum. De hisce laboribus singulis, cui uolupe est, coram plura.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ P. P. Deo clementer adnuente, futuro ſemeſtri tum philologiæ ſacræ amatoribus, tum ſedulis philoſophiæ cultoribus ſtudia ſua addicet. Et illis quidem, dum 1. cunctos *noui Fœderis* libros, ex fonte græco 2. *prophetas* ſic dictos *poſteriores* omnes, ex ebræo idiomate, perſpicue interpretabitur: his autem, dum lectiones *Logicas* ad ductum Ill. *Wolffii*, & *Metaphyſicas* reſtaurare apud animum ſuum conſtituit. *Publice cauſſam dei aduerſus atheos* ex inconcusſis principiis aget. De initio harum lectionum earumque horis Commilitones ex tabula publica monebit.

P. P. die XXIV. September cIↃ IↃ CC XXXX.

Halæ Magdeburgicæ, typis Chriſtiani Ludovici Sympheri.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14

INDEX LABORVM

QVIBVS

PER SEMESTRE HIBERNVM cIↃ IↃ cc XXXX.

OCCVPABVNTVR

PROFESSORES IN ACADEMIA FRIDERICIANA

EXHIBITVS

A PRORECTORE

IOHANNE IVNCKERO

MEDICINAE DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange publice perget hora X. in Theologia dogmatica, eique privatim hora VIII. Theologiam moralem præmittet: hora vero tertia pomeridiana Apocalypſin ita interpretabitur, ut adpareat, eam exhibere clavem hermeneuticam in difficiliora Pſalmorum & Prophetarum loca.

D. GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS poſt epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes illam ad *Epheſios* exegetice interpretabitur. Perget etiam in *paraeneticis* & *aſceticis* lectionibus & *homiletica exercitia* denuo inchoabit.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS *publice* hora III. *Pſalmos Dauidis* ex Ebræo; *priuatim* vero hora IX. *Epiſtolas Apoſtolorum*, tum illam ad *Ebræos*, tum *catholicas*, vna cum *Apocalypſi* Ioannea, ex Græco codice, luminibus philologico exegeticis illuſtrabit.

D. SIGISM. JAC. Baumgarten *publice* interpretationem *Matthæi* & *Marci* aſceticam continuabit diebus ſolis h. IIII; & diebus lunae martisque h. XI. *praecepta* tradet *ſermonum ſacrorum* ita habendorum vt mandatis regiis ſatisfiat ſanctiorique auditorum emendationi conſulatur: *priuatis* ſcholis h. VIII. *theologiam dogmaticam* redordietur; hor. XI. *hiſtoriam chriſtianam* enarrabit; hor. IIII. *Theol. moralem* explicabit; atque praeterea *pericopas epiſtolicas* ſolemnes exegetico homiletice interpretabitur.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ *publice* H. II. *Controverſias cum Pontificiis*, præmiſſa ad illas Iſagoge, brevibus Aphoriſmis exhibitas tractatione antithetica excutiet. *Privatim* H. IX. *Epiſtolam Jacobi, & ep. ad Philipp.* methodo conſveta interpretabitur. H. V. *Prophetiam Hoſeæ*, analyſi perpetua exhibita, complemento vaticiniorum indicato, & emphaſi vocum declarata, explicabit. H. I. *Die Jovis controverſias cum Socinianis*, a B. Buddeo in compendio exhibitas diſputando ventilabit: *doctrinam vero de fide publicis diſpp.* declarare perget & *Aſceticam die ſolis* H. IV. continuabit.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice, hora IX. trium priorum hebdomadis dierum, *ſex poſteriores Prophetas minores* ex fonte Ebræo, modo philologico-exegetico expoſiturus eſt; iisque abſolutis, ad *Jobi* explanationem progredietur. Privatim perget in
oſtendens diſciplinas theologicas percipiendi, excolendiq
mentis.

D. IO. GEORG. KNAPP. h. XI-XII. *Difficiliores ex*
more adhuc conſueto. h. V. veſpertina *dicta probantia* ſe
nae explicabit, & qua ratione dogmata ſolide erui ex illis
vero h. VI-VII. veſpertina cum ſelectis nonnullis audit
priori epiſtola Pauli ad Timotheum colloquio illi tamqua

IVRIDIC

IOAN. PETR. DE LVDEWIG quantum ſpatii ſuperer
pauculum valde, illud agam ſerio, ne quid eius pereat o
temporum noſtrorum felicitati dandum ſit, patriam pat
nere. Quae enim maiores noſtros fugerunt olim; illa
innumeris integrae fidei documentis, editis in publicam
diti, ad rem publicam curandam olim. Non ſcholae t
ibi, exercerem hic, in ambigui iuris arena. Utinam &
nis, congeſtis & dilutis tot annorum ſedulo & ſumptuoſ
FEVDALE docebo, commune & Germaniae noſtrae pecul

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321612043-14